# INDEX
# LECTIONUM

IN

## ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI HIBERNO A. MDCCCLXXII—LXXIII

INDE AB DIE XV M. OCTOBRIS

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

---

## ADVERSARIORUM

PARTEM OCTAVAM

*F. V. FRITZSCHIUS*

PRAEMISIT.

LITERIS ADLERIANIS.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 



# ADVERSARIA.

§ 9.

## De Dialogis Deorum Lucianeis.

In codicibus, quos ego meos adpellare soleo, inveniuntur, a quibus hi dialogi ad unum omnes absint, primum Augustani (nunc Monacenses) tres O, P, Q, tum etiam is, qui plurimos Luciani libros complectitur, Florentinus meus (Φ). Transeo ad eos codices, in quibus hi dialogi plerique omnes vere leguntur in aliis alio ordine, ita ut nullus ordinem servet vulgatae. Exordiar autem ab eis libris, quorum lectiones aliorum virorum industria jam magna ex parte innotuerunt, ab Gorlicensi (A) et Guelferbytano priore (F), quos et ego ambos diligentissime excussi et eosdem C. Jacobitius bene comparavit. Quod ad codices adtinet Parisinos, horum lectiones ab Carolo Lachmanno philologo Vratislaviensi multis abhinc annis adcuratissime conlatas habui. Sunt autem libri quatuor, C (qui numeratur 3011), Δ (2956), M (2954) et L (4028). Eosdem libros olim Belin de Ballu contulit ut potuit, qui multa saepe confudit et summis ima permiscuit. Restant codices qui antea ab nullo inspecti erant et nunc primum diligenter excussi sunt, Vaticanus n. 87 (Ϟ) et duo Marciani n. 436 (Ψ) et n. 434 (Ω). Et hos quidem optime contulit J. Sommerbrodtius, cujus vide librum modo editum: ‚Lucianea' p. 7 sqq., de Vaticanis autem ego ipse nuper alio loco disserui. E caeterorum librorum numero inprimis honoris causa nominandus est Vindobonensis n. 123 (B) partim ille ab J. H. Chr. Schubarto partim ab C. Jacobitio conlatus. Omnium igitur quos supra dixi codicum signa haec sunt: BACϞΨΔΩΔMFL. Ceterum in ed. Reitziana paucae tantum scripturae reperiuntur, quae quidem non ex edd. vetustis sed ex uno alterove codice velut e Graeviano (V) excerptae fuerint, ut plures codd. hic illic inspecti neque ullus eorum bene excussus esse videatur. Mythi Graecorum, qui ab epicis simpliciter enarrati, a tragicis autem splendide exornati sunt, diu vulgo crediti tantam vim habuerunt, ut homines pie sancteque viverent. Verum has fabulas philosophi primum severo judicio adflixerunt, quorum alii hac in re miro mentis acumine alii magno flumine orationis alii nimia ingenii luxurie sibi utendum esse putabant. Illi ipsi, qui prope soli philosophi mythos illos defendere solebant, Stoici coacti sunt ad interpretationem confugere allegoricam. Itaque pleni libri erant contra ista disserentium philosophorum, qui haec commenta et uti Cicero in Disput. Tuscul. I, 6, 11 adpellat ‚poëtarum et pictorum portenta' certatim convincere studebant. Jam comici graeci quum ab philosophis plerumque



Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 3 of 12

dissiderent, in hoc uno eisdem plane adsensi sunt, quod ipsi quoque de horum mythorum fide derogare consueverunt eosque non sine multis salibus et facetiis deridere. Meliore loco quam ipsos philosophos scriptores dixeris fuisse satiricos. Nam philosophi in omnes fabulas promiscue invehuntur easque esse docent fide indignas, satirici autem eis certe fabulis parcunt, quarum involucris a vitiorum turpitudine homines sperant deterreri posse. Longe vero satirici lusum vicerunt comicorum, qui nihil aliud quam risum excitare studebant neque curabant id quod satiricis vel maxime propositum erat, ut mores hominum emendarent. Hi enim scriptores quum sui saeculi corruptos mores et omnem flagitiorum licentiam sibi castiganda suscepissent, eos potissimum mythos explodere soliti sunt, quibus homines non ad pietatem sed ad contemtum religionis excitari viderentur, qui mythi vulgo credi jam pridem desiti essent, denique qui pravissimas opiniones de natura, vita, moribus deorum gentilium foede propagarent. In hunc igitur censum non solum dialogi deorum Lucianei veniunt, sed etiam alia aliorum opera, veluti Juvenalis satura decima tertia. Quod ad hos Luciani dialogos adtinet, nolo nunc quidem ostendere, scriptores christianos jam antiquitus in his dialogis legendis magnam operam posuisse: quae res plura verba desiderat et indaginis est altioris. Sed hoc unum nunc demonstrare conabor, e quibusnam fontibus ipse noster satiricus doctrinam suam hausisse videatur. Nam Lucianus quum res Graecorum mythicas varie habitas et ab aliis aliter sciret narratas esse: vulgarem famam per manus traditam plerumque secutus est. Erat autem horum mythorum judex bene intelligens, quos e poetis Homero maxime et Euripide tragico, ex aliis scriptoribus, denique e veterum artificum operibus probe cognitos habebat. Quas fabulas ab mediae comoediae poëtis saepe irrisas esse e Platonio De Comoed. p. 21 ed. Oxon., cui Meinekius in Hist. Com. p. 283 sqq. alios adjecit, satis constat, qui poëtae (ut Lucianus) et ipsi vitia atque libidines numinum istorum quasi hominum saepe castigarunt. At noster ut in vetere comoedia Eupolidis, adde etiam in nova Menandri strenue versatus est, ita idem mediae poetas velut Antiphanem raro attigit. Comicos igitur hic partim tantum imitatus est, verbi causa in dial. IX, 1 et saepius. Tamen ex eis, qui hasce fabulas antea riserant, utique habuit quem sequi magis etiam ducem posset, Menippum suum, cujus teste Diogene Laertio VI, 8 inter alia hoc opus exstiterat: *‚ἐπιστολαὶ κεκομψευμέναι ἀπὸ τοῦ τῶν θεῶν προσώπου‘*. — *Θεῶν διάλογοι*] *Διάλογοι θεῶν οὐρανίων Δ*.

## I.

1. *ἤδη* om *Ω*. — *ἐξορύττεσθαι*] *ὀρύττεσθαι ΩF*. — *τοιαῦθ'* (*τοιαῦτα ΩJ*) *ἡμῖν* BAC*ΩMJ* et v, *ἡμῖν τοιαῦτα Δ*, *τοιαῦτα* (om *ἡμῖν*) F solus. — *ζῷα* — *γυναῖκας* om *Ω*. — *τοὺς ἀνθρ.* BAC*ΨΩMΔ*FJabc, *ἀνθρώπους* (om *τοὺς*) v. — *ἔπλασας*] *ἀνέπλασας* M solus, ut est in Prometheo II c. 3, ubi simplex verbum postea c. 11 et c. 14 legitur. — *καὶ γυναῖκας* BAC*ΨΩ*MF, *καὶ τὰς γυναῖκας Δ* et v. — *νομῇ* BAC*ΨΔ*F, *διανομῇ ΩM* et v. in Prometheo c. 3 et c. 6 de eadem re: *τὴν νομὴν τῶν κρεῶν*. — *παραθεὶς* BAC*ΨΩ*F, *μοι παραθεὶς ΔM* et v. — *οὐκοῦν* libri, non *οὔκουν* ut Poppo et Jacobitius. *οὐκοῦν* est ironice respondentis et concludentis contraria, prorsus ut in Cataplo c. 8 fin., Arist. Plut. v. 929 et alibi. tum latine dicitur ‚ergo‘ (Terent. Hecyr. I, 1, 6). — *τοσούτῳ χρόνῳ* A*Ψ*. — *ἀετὸν* F v et fortasse CM, *αἰετὸν* BA*ΨΔΩ*. — *πολλοστιμόριον Ψ*. — *ἀλλά σοι μηνύσω τι ὦ ζεῦ* BAC*Ψ*F, *ἀλλά σοι μηνύσω τι* (om *ὦ ζεῦ*) *Δ*, *ἀλλά σοι μηνύσω* (om *τι ὦ ζεῦ*) *Ω*, *ὦ Ζεῦ, ἀλλά σοι μηνύσω* (om *τι*) vulgo et ubi sec m *μηνύσομέν τι* M. addi *τι* jussit Hemsterhusius.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

2. *Προμηθεῦ;* A et edd. vett. — *ΠΡΟΜ.* hic om pr m F et habet ante *οὐ γάρ.* — *καὶ τί*] *τί γὰρ Ω, τί γάρ τοι* F, *τί* (om *καί*) M. — *ἔξω* A. — *αὖθις* om F. — *οὐδ'* C*Δ* et v, *οὐδὲ* BA*ΨΩ*MF. — *ἤν*] *ἐάν* F. — *ὄντινα ΩM*F et v, *οὖν τίνα* BA*Ψ, οἷόν τινα* C, *τίνα Δ.* — *ἐφ' ὅ τι*] *ἐφ' ὥτι* F, *ἐφ' ὅτω ΩM, ἐφ' ὅ, ὅτι* J. — *ἀξιοπιστότερος* F. — incerto ductu *ὑπολοίμων* vel *ὑπολοίβων* A. — *μαντευσόμενος* F. — *Θέτιν*] *θέτ῎ιν* J hic et infra. — nulla persona ante *τουτὶ* in A. — *τί οὖν τὸ Ω, τί οὖν τὰ* F. — *ἐπὶ τούτῳ*] *ἐπὶ τοῦτο Ψ.* — *γὰρ ἀληθές τι* BAC*ΨΩ, γάρ τι* (om *ἀληθὲς*) F et p m M, *γάρ τι ἀληθὲς Δ* et v. — *κοινωνήσεις Δ.* — *νηρεΐδι* B*Ω, Νηρῇδι* Jabc. — *γὰρ αὕτη* cum Jacobitio Dindorfius et ita fortasse *ΨΩ*, caeteri libri omnes *γὰρ αὐτή.* — *σε*] *σοι* F. — *σὺ* om *Ω*F. — *ἔδρασας* BA*ΨΔ, ἔδρασας τὸν Κρόνον* C*Ω*MF et v. vaticiniorum exprimitur obscuritas similis aenigmati. alioqui scribendum esset: *ἔδρασας τὸν πατέρα.* — *τοῦτο φής*] recte negat Dindorfius conjectura opus esse Cobeti sui in V. L. p. 224: *τί τοῦτο φής;* vide quae diximus ad Prometheum II. c. 2. — *τῆς τῆς ἀρχῆς* A. — *τοιοῦτό γε* BA*ΨΩΔ, τοιοῦτό τι* CMF et v. — *μίξις* B et fortasse *ΨΩ, μίξις* AF et v.

## II.

1. *εἰ καί τι*] *εἰ καὶ Ψ, εἰκέτι* a. — *καὶ ἔτι ἄφρων* om *Α*L*Ω*FL. — *ὦ Ἔρως Α*L*Ω*CFML et v, *ὁ Ἔρως* BA*Ψ,* quod nihili est. — *ὃς ἀρχ. εἶ*] *ἀρχαιότερος εἶ Ω*F, *ἀρχαιότερος ὢν* L. — *πολὺ* om *Α* solus. — *Ἰαπετοῦ* B*Α*Ψ*Ω, ἰπετοῦ* A, *τοῦ Ἰαπετοῦ* CMFL et v. — *μὴ π. μηδὲ*] *μήτε π. μήτε Α.* — *διαταῦτα* BA. — *τί δέ σε Α*Ψ*Ω*CMFLJ et v, *τί δαί σε* BA. — *μέγα* add. BA*Α*C*ΨΩ*MFL, om J et edd. ante Schmiederum. — *ἠδίκησα* BA*Ψ*FJL (ita L) et v, *ἠδίκηκα Α*C*Ω*M speciose. — *διανοεῖς Ω*F. — *σκόπῃ* L. — *εἰ μικρὰ* om *Ω*FL. — *ὃς ἐμοὶ*] *ὡς ἐμοὶ* MFL. — *οὐδὲν* BA*Ψ Α*FL, *μηδὲν* C*Ω*M et v. — *ταῦρον Α*L*Ω*MFL et v, *ἢ ταῦρον* BA*Ψ*C. — *αἰετὸν* BA*Ω*L. — *οὐδεμίαν ἥντινα*] *οὐδεμίαν τινὰ Α* solus. — *οὐδὲ συνῆκα* BAC*Ψ* et v, *οὐ γὰρ συνῆκα* L, *οὐδὲ συνῆλθον Α*L*Ω*MF. — *γεγενημένος*] *γενόμενος Α.* — *ταῦρον ἢ κύκνον* BAC*Ψ*L et v, *σάτυρον ἢ κύκνον Α, κύκνον ἢ ταῦρον Ω*MF. — *ἦν*] *ἐὰν Ω*MF. — *τεθνάσιν* A (ita A), non item opinor B.

2. *Ζεῦ, θνηταὶ*] *ζεῦ εὐ θνηταὶ* A. — *σὴν* add BAC*Α*(*Ψ*MFL, om *Ω* et edd. vett. — *πρόσοψιν*] *εἰσιδεῖν* add. *Α.* — *καὶ ὁ Ὑάκινθος*] *καὶ* om *Ω.* – *ὁ* B. *κ. ὁ Υ. τὸν Ἀπόλλω φιλοῦσι;* L. — *ἀλλ' ἢ*] *ἀλλὰ ἢ* BA*Ψ Ω*M. — *ἔφευγε*] *ἔφευγεν Ψ, ἔφυγε Ω*F. at de eadem re Parthenius quoque XV, 4 habet *ἔφευγεν.* — *καίτοι κομήτην καὶ*] haec om *Ω*F. — *εἰ δ' ἐθέλεις*] *εἰ δὲ θέλεις Ψ Ω.* — *φέρε*] *φέρης Ψ* — *ποίει σεαυτὸν* AC*Ψ* et v, *ποίει σεαυτὸν ἄπολλον* (sic) B, *ποίει σεαυτὸν ἄπαλὸν ὀφθῆναι Α*L*Ω*M, *ποίει σεαυτὸν ἁπαλὸν καὶ καλὸν ὀφθῆναι* L, *ἁπαλὸν ποίει σεαυτὸν καλὸν ὀφθῆναι* F. — *ἑκατέρωθεν* BA*Ψ, ἑκατέρωθε* CM et v, sed om *Α*L*Ω*FL (ita L). — *καθειμένος* v et (?) C, *καθειμένον* BA*Α*(*ΨΩ*MFL (diserte). — *τούτους* om *Α*, pro eo *τουτὶ* L. — *ἀνειλημμένος* BAC*Ψ*L et v, *ἀνειλημμένους Α*F, *ἀνειλημένους Ω, ἀνειλλημένος* M (ita M). falli puto Cobetum in V. L. p. 83. Jovi per jocum datur ornatus proprius Bacchi, de quo est *μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον* in nostri Baccho c. 2 et in D. D. 18, 1. — *ὑποδέου Α* (diserte) *ΨΩ*CMF et v, *ὑποδύου* L, *ὑπὸ δύο* BA. hinc Cobetus V. L. p. 83 et Dindorfius attice scribendum esse viderunt: *ὑποδοῦ,* id quod recepi. — *πλείους*] *πλεῖον* L. — *Διονύσου*] *τοῦ Διονύσου Α.* — *ἄπαγε* om F. — *οὐκοῦν Ω*MF et v, *τί οὖν* et mrg pr m *γρ. τοίνυν* A, *τί οὖν* etiam BAC*Ψ* et apud Belinum L (at apud Lachmannum L *οὐκοῦν*). — *ἀλλ' ἐρᾶν*] *ἀλλὰ ἐρᾶν* BA*Α*(*ΨΩ*F. — *δ' αὐτῶν*] *δὲ αὐτῶν* BA*Α*(*ΨΩ*FL. — *αὐτῶν* BA*Α*(*ΨΩ*CMFL cum Clerico, *αὐτῷ* d, *αὐτοῦ* abc aliaeque edd. ante Schmiederum. —

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

*ἐπιτυγχάνειν*] *τυγχάνειν* 𝔄F, quod ego in prima edit. p. 4 et Cobetus in V. L. p. 224 minus bene probavimus. tu vide vel De Morte Peregr. c. 22: *οὐκ εἶχεν ἐπιτυχεῖν τούτου* et Thucyd. III, 3: *ὁλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχών*. — *ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς* BA*ΨΩ*F et v et fortasse CML, *ἐπὶ τούτοις* 𝔄 (diserte), ut ego in prima edit. p. 4 conjeci et meo jure conjeci. fuit dittographia *δὲ αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν* et (vulgari structura) *δὲ ἐπιτυγχάνειν αὐτοῖς*. quae primum sic juncta erant: *δὲ αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν αὐτοῖς* absurde, unde corrector *αὐτοῖς* male servavit male transposuit. confer D. D. I, 2 fin. profecto igitur *αὐτοῖς* hic delendum est, ut pro *αὐτοῖς* frustra conjecerit Seidler *αὐτίκα*, et cum Seagero Halmioque Dindorfius *αὖθις*.

## III.

*Ἰνάχου*] *Οἰνάχου Ψ*. — *οἶσθα* om *Ω*. — *ναὶ*] *νὴ Ω*, *μὴ* MF. — post *λέγεις*; (sic A) nulla persona in AF. — *οὐκέτι* AF (*ΨΩ*) pro *οὐκ ἔτι*. — *ἐστὶν* om *Ω*M (ita M). — *EPM.*] *ZEΥΣ* F. — *τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη*;] haec verba comparato Soph. Electr. v. 679 in prima edit. p. 68 e poeta dixi depromta probante Seidlero. Lobeckii tamen (in Aglaoph. p. 1231) conjecturam ad Arist. Thesmoph. v. 611 refutavi. — *ZEΥΣ.*] *EPM.* F. — *μετέβαλλεν* Mabc. — *ἀλλὰ καὶ καινὸν ἄλλο* BAC*ΨΔ* et v, *καὶ νῦν ἄλλο* (om *ἀλλὰ* et om *καινὸν*) *Ω*FM (ita M). ego vero dudum correxi: *ἀλλὰ καὶ κακὸν ἄλλο*. nam *δεινὸν κακόν* quum alii dixerunt tum Euripides saepenumero. contra barbarum est *καινὸν δεινόν* sine ullo substantivo. quare in prima edit. p. 4 edidi: *ἀλλὰ καὶ νῦν ἄλλο τ. δ.* idque quum tacite eodem modo scriberet, Bekker comprobavit, codices antiqui non comprobarunt. — *ἐπιμεμηχάνωται* pr m B. — *τοὔνομα*] *ὄνομα Ω*MF. — *ἐς τὴν*] *εἰς τὴν Ω*. — *Νεμέαν* BACMF, *Νέμαιαν Δ*, *Νέμεαν* v. e scholio ad Bis Accus. c. 2 (IV p. 206 J.) scholium quod mutilum hic habet B, ita supple: *ἡ Νεμέα τῆς Κορινθίων ἐστὶ γῆς πρὸς τῷ Τρητῷ, οὗ τὸν λέοντα Ἡρακλῆς ἀπέκτεινεν. καθ' ἣν καὶ τὸν ἀγῶνα συγκροτεῖσθαι τῶν Νεμέων συμβαίνει σέλινον τὸ βραβεῖον ἔχοντα.* adde Eberhardum (Philogelos p. 73), qui non scriberet *πρὸ τοῦ Τρητοῦ*, si compendia *πρ ὸ τ̃ τρητ̃* recte legisset. — *που* om F. — *ἐκεῖνον μὲν ἀπόκτεινον*] *ἐκεῖνον ἀπόκτεινον* B*ΨΩΔ* (ita *Δ*) F, *ἐκεῖναι ἀπόκτεινον* A. vulgatam tenet etiam Bekker. — *ἐς τὴν*] *εἰς τὴν Ω*F. — *ἀγαγὼν* BA*ΨΩΔ*C (ita C) MF, *ἀπαγαγὼν* v. — *Ἴσιν* Jacobitius pro *Ἶσιν*. — *τὸ λοιπὸν* BA, *τολοιπὸν* v. — *τῶν ἐκεῖ* BA*ΨΔ* (ita *Δ*), *τοῖς ἐκεῖ Ω*F et v, quod et ego in prima ed. p. 5 et Cobetus V. L. p. 224 et Dindorfius praeferebamus. — *ἀναγέτω*] *ἀγαγέτω Ω*, *ἀναγαγέτω Ψ*F.

## IV.

1. *ἄγε*] *εὖγε Ω*ML. — *Γαννύμηδες* 𝔄*Ψ* (ambo hic et infra). — *εἰδῇς*] *ἴδῃς* 𝔄*ΨΩ*F, *ἰδῇς* ML. — *ἀγκύλον ἔχοντα* B𝔄*ΨΔ*FL, *ἀγκύλον με ἔχοντα* A*Ω* et v. — *οὐδ' ὅν.*] *οὐκ ὄν.* 𝔄, *οὐδὲ ὄν. Ω*MF. — *οὐδὲ πτ. Ω*MFL d, *οὐ πτερὰ* BA𝔄*ΨΔ*C et v. — *οἷος*] *οἷς* 𝔄*Δ*. — *ἀετὸς* 𝔄*ΨΔ*ML et v, *αἰετὸς* BAC*Ω*. — *ἀπὸ*] *ἐκ Ω*M. — *τὰ μὲν*] *μὲν* om L. — *σοι ἐκεῖνα* BAC𝔄*Ψ*, *ἐκεῖνα σοι Δ Ω*MFL et v. — *σὺ δ'*] *σὺ δὲ* BA𝔄*ΨΩ*F. — *ἄλλος*] *ἄλλως* L. — *ἄνθρωπον ὁρᾷς — αἰετὸν* (*ἀετὸν* 𝔄*Ψ*) BAC𝔄*ΨΔN*, *ἄνθρωπος ὃν ὁρᾷς — ἀετὸς Ω*MF et v. — *οὗτος* om C*ΔN*. — *σὺ γὰρ εἶ ὁ πὰν* (*πᾶν* C) *ἐκεῖνος* BA𝔄C*ΨΔN*, *σὺ γὰρ ὁ πὰν ἐκεῖνος εἶ Ω*F, *σὺ ὦ πὰν ἐκεῖνος εἶ* L (ita L), *σὺ γὰρ ὁ Πὰν ἐκεῖνος*; v. — *θεόν*;] *θεὸν εἶναι*; 𝔄. — *θύομέν γε*] *θύομεν γὰρ* 𝔄, *θύομεν* (om *γε*) L. — *ἔνορχιν* (*ἐνόρχιν* 𝔄) libri, sed recte *ἐνόρχην* Cobetus V. L. p. 81. variant ipsi codices in Bis Accus. c. 10. — *ἔστηκεν* J, *ἑστήκει Ω*M, *εἱστήκει* FL. — *τις* om 𝔄. — *μοι* om *Ψ*.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

2. *Διὸς δὲ*] δὲ om L. — *Γαργάρῳ*] *Δαρδάνῳ*; 𝔄. — *ΓΑΝ.* personam hic om et ponit post *ἔθυσεν* pr m F. — *σὺ*] *σὺ δὲ Ψ.* — *ὁ — καταχέας* 𝔄 d, *ὁ — κατεγχέας* F, *ὃς — κατέχεας* BA et fortasse *ΨΩΔ*CML et v, quod hodie probo. at in prima edit. p. 6 *ὁ — καταχέας* probavi ob anaphoram. — *πρώην* B𝔄, ut ambo semper pro *πρώην*. — *ἡμῖν* BA*ΨΩ*Fa et pr m M, *ἡμῶν* sec m M et v, etiam V et hoc ordine: *ἡμῶν καταχέας* 𝔄, sed in C ‚*ἡμῖν* deest', denique *Δ*L ap. Belinum *ἡμῖν*, ap. Lachmannum *ἡμῶν*. — *ὁ* ante *οἰκεῖν* om 𝔄. — *ὑπεράνω* A𝔄, *ὑπὲρ ἄνω* BF edd. vett. — *ἀδικ. με ἀνήρπ.*] *με ἀδικήσαντα ἀνέσπασας Ω*MFL. — *ὦ βασιλεῦ*] *ὁ βασιλεὺς Ω*FM (ita M.) — *οἱ λύκοι διαρπάσονται* BAC*ΔN*, *διαρπάσονται οἱ λύκοι Ψ*, *οἱ λύκοι διηρπάσαντο* 𝔄FML (diserte) et v, *οἱ λύκοι διήρπασαν Ω*. — *ἤδη* om *Ψ*. — *μέλει*] *μέλλει Ψ*. — *ἡμῶν*] *ὑμῶν* F. — *οὐ γὰρ*] *γὰρ* om *Ψ*. — *ἐς*] *εἰς* 𝔄. — *ἀετὸς* 𝔄CMF et v, *αἰετὸς* BA*ΨΩΔ*L. — *ἂν εἴην Δ* solus, *εἴην* plerique libri et v, *ἦν* 𝔄. vide Timonem c. 53 fin. (bis). — post *εἴην* (sic) *ἀντὶ* in M ‚reliqua desunt'. — *πληγὰς ὕστερον*] *πληγὰς ἐπὶ τούτοις ὕστερον* 𝔄. — *ἐκεῖνος*] *ἔτι ἐκεῖνος* 𝔄, speciose. — *γὰρ ἤδη*] *ἤδη* om 𝔄L. — *δ' ἀπάξεις* v, *δὲ ἀπάξεις* BA𝔄*ΨΩ Δ* (ita *Δ*) FJ. correxi ego: *δὲ κατάξεις*. redit enim oratio ad verba ejusdem personae superiora: *οὐ γὰρ κατάξεις με —*; perspexit vitium vulgatae etiam Cobetus V. L. p. 224, cujus viri conjectura *δὲ ἐπανάξεις* non erat recipienda. — *καὶ ἄλλον παρ' αὐτοῦ*] *παρ' αὐτοῦ καὶ ἄλλον* 𝔄. — *τυθήσεσθαι* BA𝔄C*ΨΩΔ*LFJ a b c, *τεθύσεσθαι* v. ante Lehmannum. — *ἔχομαι* J. — *δὲ* om *Ψ*. — *τριέτη* F. — *νομήν*] *ποίμνην* 𝔄.

3. *ὡς ἀφελὴς*] *δὲ* add. *Ψ*. — *ἐστι*] *ἐστιν* J, om 𝔄. — *δὴ*] *ἤδη* L. — *ἔτι*] *ἐστιν* 𝔄*Ψ*. — *ἀλλὰ Γαννύμηδες* 𝔄. — *ἐπιλαθοῦ* Dindorfius pro *ἐπιλάθου*. — *τοῦ ποιμνίου*] *τοῦ τε ποιμνίου* F solus. — *εὐποιήσεις* BF, *εὖποιήσεις* A. — *ἐντεῦθεν*] *ἐνταῦθα Ψ*. — *καὶ τὸν πατέρα*] *καὶ* om 𝔄. — *καὶ τὴν πατρίδα* 𝔄*ΩΔ*FL et v, *καὶ πατρίδα* BAC*Ψ*. — *τυροῦ — μέντοι* om *Ω*. — *ἀμβροσίαν*] *ἀβρωσίαν Ψ*. — *ἐδῇ — πιῇ* TV. — *τοῦτο μέντοι* om L, *τοῦτο μὲν* habet 𝔄, *τοῦτο δὲ* F. — *αὐτὸς* om F solus. — *ἀλλὰ ἀθάνατος Ω*, *ἀλλὰ θεὸς ἀθάνατος* FLd. — *φαίνεσθαι ποιήσω*] *ποιήσω φαίνεσθαι* 𝔄*Ψ*. — *ἔσῃ* om L. — *παιζεῖν* A. — *ἐπιθυμήσω*] *θελήσω* 𝔄. — *συμπαίζεταί* A, *συμπαίξει* F, *συμπέξεται Ψ*. — *ἦμεν*] *ἦσαν* 𝔄. — *ἔξεις* 𝔄*ΩΩ*FL, *ἔχεις* BAC*ΨΔ* et v, quod pronomini *τουτονί* melius convenit. — *συμπαιζόμενον Ω*, *συμπεξόμενον Ψ*. — *σοι* om *Ω*F. — *τουτονὶ τὸν Ἔρωτα* BAC*ΨΔN*, *τοῦτον τὸν Ἔρωτα* 𝔄, *τοῦτον Ἔρωτα Ω*L (ita L) et v. — *θάρσει* FL. — *ἴσθι* B in litura. — *ἐπιπόθει*] *ἔτι πόθει* Abreschius L. Aristaen. p. 193, qui valde nugatur. atticum enim verbum est *ἐπιποθεῖν* (‚concupiscere') diserte illud testante Polluce V, 165.

4. *τί δὲ*] *τί δαὶ* BAC*Ω*. — *ποιμαίνειν*] *ποιμεν* (sic) *Ψ*. — *δεήσῃ κἀνταῦθα*; BA, *κἀνταῦθα δεήσει* L. — *οὗτος γάλακτος*] *οὗτος καὶ γάλακτος Ω*Ld, *καὶ γάλακτος οὗτος* F. — *διακονεῖσθαι* 𝔄. — *δ' ὁ οὐρανὸς* B*Ψ*, *δὲ ὁ οὐρανὸς* 𝔄L et ni fallor F, *δ' οὐρανὸς* C*ΔΩ* et v, *δὲ οὐρανὸς* J. — *καὶ — γάλακτος*;] *ΓΑΝ. καὶ πίνομεν ὦ Ζεῦ τὸ νέκταρ ἥδιον τοῦ γάλακτος* 𝔄. — *τὸ νέκταρ*] *τοῦ νέκταρος* L. — *εἴσῃ* corr *Ψ*, *οἴσῃ* pr m. — *κοιμήσομαι*] *καὶ κοιμήσομαι Ω*F, *καὶ κοιμηθήσομαι* L. — *ἢ μετὰ*] *ἢ* om *Ω*FL (ita L). — *δια τοῦτο* A, *διατοῦτο* BF. — *οὔκ· — ὡς*] *οὔκ· ἀλλὰ μετ' ἐμοῦ τὰ πολλά. διὰ τοῦτο γάρ σε ἀνήρπασα ὡς* 𝔄, *οὔκ. ἀλλὰ διὰ τοῦτό γε ἡ σπουδὴ πᾶσα ἵνα Ω*FL (ita L). — *ἀλλὰ ἥδιον* BA*Ψ*. — *μετ' ἐμοῦ*;] *μετ' ἄλλου*; Bekker et Dindorfius conjecerunt ob verba Jovis proxima. ac sane *μετ' ἐμοῦ* h. l. interpolatum esse monstrat superior interpolatio in 𝔄: *μετ' ἐμοῦ τὰ πολλά*. — *εἶ* om *Ψ*. — *Γανύμηδες*] *ὦ Γανύμηδες* Ld. — *οὕτω καλὸς*] haec frustra delebat Cobetus V. L. p. 295 probante ut solet Dindorfio. vide vel Hom. Il. *υ*, 233.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

5. *θέλγητρον* codd. omnes et abc, *θέλκτρον* pleraeque edd. ante Schmiederum. — *διηγεῖτο*] *διηγήσατο* 𝔄. — *καί τι*] *καί τοι* AJ. — *μετ. ὁπότε*] *μεταξὺ ὅτε* 𝔄. — *περὶ τὴν μητέρα Ψ*. — *ἔπεμπέ με*] *με* om *Ω*. — *κοιμησόμενον ΨΩ*FL, *κοιμηθησόμενον* BA𝔄C*Δ* et v. — *τὰ πολλὰ*] *ταπολλὰ* AF, *ὡς τὰ πολλὰ Ω*FLd. — *ὥρα δή σοι*] *ὅρα δὲ* L. — *διατοῦτο* BAJ. — *ὡς φῂς*] *ὥσπερ ἔφης* F. — *ἀνήρπασας*] *καθήρπασας Ω*. — *καταθεῖναι* non est mutandum. *καθεῖναι* malebat cum Cobeto V. L. p. 224 Dindorfius. — *ἐς τὴν γῆν*] *εἰς τὴν γῆν ΨΩ*, *εἰς γῆν* 𝔄FL (ita L.) — *τὸ ἥδιστον*] *ἥδιστον* cum Cobeto V. L. p. 224 Dindorfius. — *μετὰ σοῦ φιλῶν πολλάκις* BA𝔄*Ψ*C*Δ* (ita C*Δ*), *μετὰ σοῦ φιλῶν γὰρ διατελέσω πολλάκις ΩFL* et v. primus corrector videtur ita potius interpolasse: *ποιήσεις· εἰ γὰρ ἀγρυπνήσαιμι μετὰ σοῦ, φιλῶν διατελέσω πολλάκις*. — *τί πρακτέον Ω* et v, *ὃ πρακτέον* BAC*ΔN*, *ὅτε πρακτέον Ψ* (qui servat *τότε*), postremo *τὸ πρακτέον* 𝔄 (diserte), ut ego in prima ed. p. 9 reposui ex emendatione Lehmanni, ubi Thucyd. IV, 99: *αὐτοὺς γιγνώσκειν τὸ ποιητέον* contuli et similia plura. — *ἀθανασίας γε* 𝔄, *ἀθανασίας ἄγαγε* FL, *ἀθανασίας ἄγε* BAC*ΔΨΩ* et v. at opus est notione ‚reducendi'. hinc jam olim supplevi: *ἀθανασίας αὖθις ἄγε*. sic demum bene haec opposita sunt: *νῦν δὲ ἄπαγε — καὶ — αὖθις ἄγε*. — *οἰνοχοήσαντα Ω*. — *διδάξας*] *καὶ δίδαξον* 𝔄. — *τὸν σκύφον* om 𝔄, pro eo *τὸ σκῦφος Ω*, *τὸ σκύφος* FL.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

# INDEX LECTIONUM.

## In ordine theologico.

D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O., 1) privatim ternis diebus, Lunae, Martis et Mercurii h. IX encyclopaediam et methodologiam theologicam tradet; 2) privatim quinis diebus h. X et binis diebus, Jovis et Veneris, h. IX theologiam dogmaticam docebit; 3) publice in Seminarii sodalitio homileticas sodalium exercitationes die Saturni h. IX et h. X moderabitur.

D. Fridericus Adolphus Philippi, P. P. O., h. t. Decanus, 1) privatim Evangelium Joannis interpretabitur quinquies p. h. hora III; 2) privatim Isagogen in Novum Testamentum docebit quinquies p. h. hora IV; 3) publice historiam passionis et resurrectionis Domini secundum evangelium Joannis comparatis caeteris evangeliis explicabit die Saturni h. III et h. IV.

D. Joannes Bachmann, P. P. O., I. privatim: 1) Historiam Veteris Foederis enarrabit, quinquies p. h. hora XII—I; 2) Vaticinia Jesajae interpretabitur, quinis p. h. scholis hora XI—XII; II. privatissime sed gratis: In Conversatorio exegetico selecta Prophetarum capita explicanda proponet, die Ven. hora VI—VIII vesp.; III. publice: In commentariorum Rabbinicorum lectione audituros exercebit, praemissa dialecti Rabbinicae brevi institutione, binis p. h. scholis horis defin.

D. Augustus Guilielmus Dieckhoff, P. P. O., 1) privatim historiae ecclesiasticae partem tertiam quinquies p. h. h. VIII, 2) privatim historiam dogmatum quinquies p. hebd. h. XII tradet, et 3) publice exercitationes catecheticas in seminario die Saturni h. XI et h. XII moderabitur.

## In ordine juridico.

D. Otto Mejer, P. P. O. et JCtor. h. t. Decanus, docebit 1) jus ecclesiasticum commune et Mecklenburgicum quinquies p. h. hora XI, 2) encyclopaediam juris quinquies h. c.

D. Hermannus Augustus Schwanert, P. P. O., h. t. Academiae Rector, 1) Pandectas docebit senis per hebd. horis h. IX—XI; 2) doctrinam de hereditatibus quinis scholis h. XII; 3) collegium, quod vocant civile practicum, instituet die Saturni h. III—V vel aliis horis commod.

D. Hugo Boehlau, P. P. O., 1) jus Germanicum privatum quinis p. h. scholis h. XII, 2) jus Mecklenburgicum privatum ter p. h. h. IV et 3) jus feudale ter h. IV docebit.



Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

D. Carolus Dugge, P. P. O., processum civilem tam communem quam Mecklenburgicum particularem docebit quinquies hh. IX—XI.

* Scholae de institutionibus juris Romani certo habendae tempestive in tabulis academicis promulgabuntur.

## In ordine medico.

D. Carolus Strempel, P. P. O., Academiae Senior, valetudine impeditus lectiones non indicit.

D. Hermannus Stannius, P. P. O., adversa valetudine impeditus lectiones nullas habebit.

D. Theodorus Thierfelder, P. P. O., 1) pathologiae et therapiae specialis partem primam docebit quinis diebus h. IX; 2) de aegrotis policlinicis disseret die Saturni h. IX; 3) exercitationes practicas in clinico medico diebus Lunae, Mercurii et Veneris hh. X et XI moderabitur.

D. Hermannus Rudolphus Aubert, P. P. O., 1) publice encyclopaediam et methodologiam scientiae medicae diebus Lunae et Jovis hora III—IV, 2) publice generationis et evolutionis historiam diebus Mercurii et Saturni hora III—IV, 3) privatim physiologiae partem alteram (functiones animales) quotidie hora IX—X docebit; 4) privatissime exercitationes physiologicas horis definiendis moderabitur.

D. Theodorus Ackermann, P. P. O., 1) privatim anatomen pathologicam specialem senis p. h. h. III—IV docebit; 2) privatissime exercitationes practicas in instituto pathologico diebus Lunae, Mercurii et Veneris hh. IV et V moderari perget.

D. Guilielmus de Zehender, P. P. O., h. t. Decanus, 1) ophthalmologiam quaternis p. h. horis IX—X docebit; 2) exercitationes practicas in clinico ophthalmiatrico diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. XII—I et dimid.; 3) exercitationes ophthalmoscopicas horis definiendis moderabitur.

D. Franciscus Koenig, P. P. O., 1) chirurgiam specialem, partem primam, docebit quinis diebus; 2) exercitationes practicas in clinico chirurgico diebus Martis, Jovis, Saturni hora XI—I moderabitur.

D. Fridericus Sigm. Merkel, P. P. O. des., privatim 1) osteologiam et syndesmologiam dd. Lunae, Mercurii, Veneris h. IX—X, 2) anatomes c. h. partem priorem quinquies per hebd. h. XII—I docebit; 3) privatissime exercitationes anatomicas quotidie h. X—XII moderabitur.

* Vir Doctissimus, qui in locum Dr. Francisci Winckelii non jam nostri tempestive huc evocabitur, perficiet ut per hanc hiemem neque clinico obstetricio moderator desit, et ut lectiones gynaecologicae rite habeantur.

D. Guilielmus Brummerstaedt, 1) pathologiam et therapiam puerperii binis p. h. horis tradet; 2) theoriam artis obstetriciae quaternis p. h. horis docebit; 3) cursum operationum quae in arte obstetricia adhibentur, ternis p. h. horis moderabitur.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

# In ordine philosophico.

D. Franciscus Volcmarus Fritzsche, P. P. O., privatim 1) ternis diebus h. XI Aeschyli Persas explicabit; 2) binis diebus h. XI Ciceronis Verrinarum libros quartum et quintum interpretabitur; 3) de metris Graecorum Romanorumque exponet horis definiendis. Postremo exercitationes Seminarii philologici moderari perget, in quo loci selecti et Luciani (primum dialogi mortuorum) et Taciti (primum Annal. XV, 38) pertractabuntur.

D. Joannes Roeper, P. P. O., privatim docebit: 1) familias plantarum naturales, demonstrationibus vegetabilium medicinalium illustrandas, ternis diebus h. XI; 2) historiam plantarum cryptogamarum, ternis diebus h. XI; 3) anatomen et physiologiam vegetabilium, binis diebus h. X.

D. Eduardus Danielus Henricus Becker, P. P. O., privatim 1) quinquies p. h. culturam silvarum docebit h. XI; 2) de praedio rite administrando exponet quinis diebus h. III.

D. Ludovicus Bachmann, P. P. O., privatim 1) ter per hebd. Plutarchi Vitas Themistoclis et Periclis, et 2) ter p. h. Plinii jun. epistolas interpretabitur; 3) privatissime quater p. h. de artis operibus, quae in Pausaniae libris describuntur, disseret.

D. Hermannus Karsten, P. P. O., docebit: 1) publice astronomiam popularem bis p. h.; 2) privatim calculum integralem quater p. h.; 3) privatim mineralogiam quater p. h., horis definiendis.

D. Franciscus Ferdinandus Schulze, P. P. O., 1) Physices partem alteram, de caloris, electricitatis et magnetismi viribus, docebit et experimentis illustrabit diebus Lunae et Jovis h. X—XI et Saturni IV—VI; 2) Chemiam organicam tradet diebus Martis, Mercurii, Veneris et Saturni h. X—XI; 3) Exercitationes chemicas moderabitur, vel diebus Martis et Veneris h. III—VII, vel quotidie omnibus horis commodis; 4) privatissime exercitationes agronomicas instituet.

D. Hermannus Roesler, P. P. O., h. t. Decanus, docebit: 1) jus administrationis ac politiae, sexies per hebd. hora IX; 2) statisticen Germaniae, quater per hebd., hora X.

D. Fridericus Guilielmus Schirrmacher, P. P. O., 1) privatim: historiam medii aevi usque ad exitum generis Staufici enarrabit quinis diebus hora XI; 2) privatim: geographiam universalem quater per hebd. hora XII tradet; 3) publice: exercitationibus historicis methodum historiae et disciplinas subsidiarias tradet binis diebus.

D. Henricus de Stein, P. P. O., 1) psychologiam docebit quinis p. h. diebus h. IV—V; 2) historiam philosophiae antiquae enarrabit trinis p. h. diebus (h. V—VI diebus Lunae, Martis, Mercurii); 3) historiam paedagogices inde ab renatis litteris usque ad hodiernum tempus tradet trinis p. h. diebus (h. V—VI diebus Jovis, Veneris, Saturni).

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

D. Franciscus Eilhardus Schulze, P. P. O., docebit: 1) zoologiae generalis partem primam, de animalibus evertebratis, senis p. h. horis, quotidie h. IX—X, 2) de animalibus vertebratis, partem secundam, binis p. h. horis; 3) anatomiae comparatae partem secundam, de organis vegetativis, binis p. h. horis.

D. Reinholdus Bechstein, P. P. O., 1) privatim tertiam partem grammaticae linguarum romanarum tradet, quae pertinet ad verborum formationem bis per hebd. hora IX—X; 2) publice de carminibus Germanorum ecclesiasticis ante saeculum XVI traditis disseret bis per hebd. horis adhuc definiendis; 3) privatim Godofredi Argentoratensis poema Tristan et Isolt interpretabitur quater per hebd. hora X—XI; 4) exercitationes Seminarii Germano-philologici moderari perget bis per hebd. hora IX—XI.

---

D. Carolus Weinholtz, privatim 1) introductionem in artem philosophandi tradet; 2) Logicam formalem, ex sui compendii parte secunda, docebit.

D. Julius Robert, privatim: 1) quater p. h. de lingua gallica scholas practicas habebit; 2) de historia literarum francogallicarum disseret quater p. h.; 3) linguae gallicae variationes docebit ter p. h.

D. Ferdinandus de Roda, in Seminarii sodalitio cantum liturgicum in usum theologorum publice docebit quater per hebdom.

D. Fridericus Guilielmus Martinus Philippi, 1) privatim vaticinia prophetarum Haggai, Zachariae et Malachiae ter p. h. explicabit; 2) privatim grammaticam linguae arabicae una cum explicatione libri Borhân ed-Dîni, qui inscriptus est „Enchiridion studiosi“, ed. Caspari ter p. h. docebit; 3) privatim Anthologiam sanscriticam ed. Gildemeister bis p. h. interpretabitur; 4) gratis syntaxin linguae hebraicae bis p. h. docebit.

D. Octavius Clason, exponet 1) privatim: historiam artis antiquae horis quaternis; 2) privatim: historiam Romanam inde ab expulsis regibus horis quaternis; 3) publice: historiam litterarum Romanarum inde ab Octaviani Augusti aetate horis ternis; 4) Plauti Pseudulum binis horis explicabit.

---

**Bibliotheca** Academica diebus et horis lege constitutis patebit, **Museum** autem die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Peregrinas linguas velut Anglicam discendi facultas data est. Sunt etiam magistri, qui alias artes liberales verbi causa gymnasticam publice profiteantur.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

**Hermannus Schwanert,** J. U. D.

Praesidet ordini Theologorum **Fridericus Philippi,** Th. D.
Jurisconsultorum **Otto Mejer,** J. U. D.
Medicorum **Guilielmus de Zehender,** M. D.
Philosophorum **Hermannus Roesler,** Ph. D.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 